

communi Ecclesie constitutione. Vbi aduer-
te, q̄ illa posset dici rationabilis causa dis-
pensandi, propter quā Doctores dicunt pos-
se dispensari, scilicet, pro bono vnius Reg-
ni, vt dicunt Richar. & Petrus de Palu. in. 4.
vel propter quam Papa solet dispensare, &
verisimile est q̄ si esset præsens dispenseret.
Et hoc relinquit Papa recto iudicio Prælato-
rum fratrum, qui ait, tantam quantam iudi-
cauerint, quasi dicat. Iudicent quæ est cau-
sa legitima dispensandi. Tunc vero recte
iudicabunt dispensandum esse, quando occur-
rit talis casus, in quo Doctores dicunt bonū
esse dispensare. Putà, pro bono pacis, vel v-
nius Regni, vt supra dictum est, vel in quo
Papa solet dispensare, vel quando verissimi-
le est, q̄ Papa dispenseret, si esset præsens.
Quod cognoscēt præfati fratres, per hoc sci-
licet, si videant, q̄ si nō dispenseretur, erit Ec-
clesie huius magna iactura, & detrimentum
& scandalum, & periculum fidei, & anima-
rum, tunc enim rite dispensare poterunt præ-
fati fratres. c. quia circa. cum glo. de con-
sang. & affinit.

¶ 5. Aduertendum ex dicta litera Bullæ, quod 22
personæ super quas hæc auctoritas omnimoda
datur